

gun home para facerle bien e merced: e debese facer en esta manera segun costumbre de España. Primeramente debese començar: En el nombre de Dios; e despues poner palabras buenas e apuestas, segund conviene a la razon sobre que fuere dado: e de si debe decir como aquel Rey que lo manda facer en uno con su muger de bendicion, e con sus hijos que haya della, ó de otra que haya habido que fuese velada; nombrando primeramente el mayor, que

debe ser heredero, e despues los otros hijos varones, y uno en pos de otro, segun que fuere mayor de dias; e si varon no oviese, la hija mayor, y despues las otras, así como diximos de los hijos. Si ergo Blanca Berengariam etate præcessisset, ejus nomen illo nascendi ordine in chartis regis expressum fuisset. Unde fatearis necesse est, Dominice Coniculus tuos contra assertam a me Berengarie Regine ortus prærogativam ad veritatis lucem evanesecere.

IV.

COMPROMISSUM

ALFONSI REGIS CASTELLAE, QUI UXOREM DUXERAT ALFANORAM HENRICI FILIAM, ET GARCIAE REGIS NAVARRAE, IN QUO CONSTITUUNT OMNIUM QUERELARUM ARBITRUM HENRICUM REGEN ANGLIAE.

I. **H**OC est pactum & conventio, quæ facta fuit inter Aldefonsum Regem Castellæ, & Sanctum Regem Navarræ avunculum suum, de querelis videlicet, quas inter se habebant, ut pro judicio Regis Angliæ sibi satisfacerent.

II. Ad hoc uterque Regum quatuor castella in fidelitatem ponit, ut judicium Henrici Regis Angliæ, filii Matildis Imperatricis, sociæ Regis Aldefonsi, accipiat & compleat; & per quem steterit, quo minus fiant, subscripta castella amittat.

III. Rex vero Aldefonsus ponit in fidelitate Nagaram castellum Christianorum, & Or castellum Judæorum; & Arnedo castellum Christianorum, & Celorigon castellum Judæorum.

IV. Similiter Sanctus Rex Navarræ in hac fidelitate ponit Stellam castellum, quod Petrus Roderici tenet; & castellum Judæorum, & Funes & Marannon.

V. Et ad hoc nuntii utriusque Regis sint ad præsentiam Regis Angliæ in prima die præsentis quadragesimæ, quæ est caput jejunii, ad hoc judicium recipiendum.

VI. Et si forsitan nuntii cujuslibet partis morte, vel infirmitate, vel captivitate in via sua detenti fuerint, præcedentes nuntii expectent eos usque triginta dies ultra diem præfixam, in curia prænominati Regis Angliæ; & qui sani remanserint, veniant ad curiam, & accipiant judicium.

VII. Et si omnes infirmi, vel captivi, vel mortui fuerint, nihil Rex, cujus fuerint, proinde amittat.

VIII. Et si omnes, vel aliqui nuntiorum, aliqua harum trium occasionum non fuerint detenti, & ad diem statutum ante Regem Angliæ non venerint, Rex, cujus nuntii fuerint, hæc prædicta castella amittat, & hoc per bonam fidem, & sine malo ingenio.

IX. Et si forte, quod absit, Rex Angliæ interim mortuus fuerit, hoc eodem prædicto modo nuntii isti ad Regem Francorum ad hoc judicium recipiendum pergant; & per eum, sicut per Regem Angliæ, hoc judicium recipiant & compleant.

X. Sanctus igitur Rex Navarræ hæc tria castella per militem & per portatorium suum recipiat, & donet Nagaram & Celorigo Petro Roderici, filio Comitis Roderici, & donet Arnedo D. Semenes; & ipsi faciant sibi hominium de eis.

XI. Similiter Aldefonsus Rex Castellæ hæc quatuor castella per militem & per portatorium suum recipiat; & donet Stellam Roderico de Azagra, & Funes S. Ramiro, & Marannon R. Martini; & ipsi faciant sibi hominium de eis.

XII. Et si aliquis Regum istorum hæc prædicta castella militibus ea reventibus auferre voluerit, & alteri dare, donet illa Sanctus Rex Navarræ Petro Roderici, vel G. Vermundi, vel S.

S. Ranimiri, vel J. Velez, vel R. Martini, vel E. Almorán, vel S. Almorán, vel E. de Ortiz, vel P. Ramuri, vel G. de Ortiz, vel P. de Ortiz.

XIII. Similiter Rex Aldefonsus Castellæ donec illa Comiti N. vel Comiti P. vel Comiti G. vel Comiti Gomez, vel R. Gutteri, vel P. de Araxuri, vel D. Semenes, vel G. Garzia, vel Ordonio Garzia, vel G. Roderici de Azagra, vel P. Gunteri, vel L. Roderici de Azagra. Sed ipsi qui tenentes fuerint, non donec hæc prædicta castella, donec illi, qui recipere ea debuerint, faciant hominum de illis alteri Regi, sicut supra dictum est.

XIV. Et in toto, quantum Rex Aldefonsus tenet de Rege Navarrae, melioret cum suo proprio ære quantum voluerit & poterit.

XV. Similiter Rex Sanctius Navarrae melioret cum suo proprio ære quantum voluerit & poterit, in toto quantum tenet de Rege Aldefonso.

XVI. Et ad hoc iudicium audiendum isti Reges quatuor fideles elegerunt, videlicet

Joannem Episc. Tirasonensem, & Petrum de Areis, & Ar. de Torrella, & Gunterum Petri de Reinoso,

ut de istis duo, vel tres, vel omnes cum nuntii ad curiam Regis Angliæ pergant, & querimonias utriusque Regis ante eum exponant; & auditis querelis, quos Rex Angliæ causam suam primitus dicere mandaverit, dicant. Et per verbum horum fidelium, qui hoc iudicium a Rege Angliæ audierint, uterque Regum supra dictam conventionem, prout in hac charta continetur, attendant & compleant. Et milites, qui de prædictis castellis hominum fecerunt, secundum dictum horum fidelium hoc pactum præfatum Regibus attendant & compleant per bonam fidem & sine malo ingenio.

XVII. Insuper vero ambo Reges

prædicti, unusquisque per fidem suam, firmaverunt & statuerunt treguas bonas & salvas de hominibus & castellis, & terris, & de omnibus aliis rebus usque ad septem annos; & ut firmiter teneantur, Sanctius Rex Navarrae ponit Ergum in fidelitate, & Rex Aldefonsus ponit Calagurrim.

XVIII. Et si exercitus cujuslibet horum Regum cum eo, vel sine eo, Regnum alterius intraverit, ille qui hoc fecerit, prædictum castrum perdat.

XIX. Et si forte aliquis vasallus horum Regum, infra istas treguas, in Regno alterius vi vel furto castellum acceperit, Rex, cujus ille vasallus fuerit, infra quadraginta dies suum castellum alteri Regi reddat; quod si non fecerit, miles ille, qui castrum, quod in fidelitate positum est, tenuerit, Regi conquerenti prædictum castrum donet, & teneat illud in pignore, donec suum castellum recuperet.

XX. Et si aliquis horum Regnorum, qui non sit vasallus istorum Regum, aliquo casu in Regno alterius castellum acceperit, ambo Reges cum gente sua super eum veniant, & obsecrant; & donec sit captum, de eo non recedant.

XXI. Statuerunt etiam, ut omnes vasalli utriusque Regis, qui, ex quo ista guerra incepit, hereditates amiserunt, eas ex integro recuperent, sicut erant tenentes die, qua eas perdididerunt: & pro malefacto, vel iudicio, quod hæctenus fecissent, eas non perdant; nec infra istos septem annos pro aliqua querimonia ulli respondeant.

XXII. Et si deinceps de novo querimonia aliqua, vel iudicium inter eos ortum fuerit, ad medianetum veniant, & secundum quod ibi iudicatum fuerit, sibi satisfaciant.

XXIII. Et omnes homines utriusque Regni, securi de Regno ad Regnum eant & redeant; exceptis notis homicidis.

XXIV.

1 Mondexar pone Felix.

2 Mondexar lee Almoravid.

XXIV. Et si aliquis istorum Regum hereditates, sicut supra dictum est reddere noluerit, prædictum castrum alteri Regi reddat, & teneat illud in pignore, donec hereditates, & totum quantum de illis exegerit, recuperet.

XXV. Et omnes vasalli utriusque Regis sint infra istas treguas cum hominibus, castellis, hereditatibus, & etiam cum omnibus aliis rebus quas habuerint, in quacumque terra fuerint.

XXVI. Et hæc omnia supradicta teneantur & serventur per bonam fidem & sine malo ingenio.

XXVII. Et Rex Aldefonsus Aragoniæ sit in istis treguis, si ei placuerit; & si forte sibi non placuerit in illis esse, tamen treguæ, ut supra dictum est, firmiter inter nos Reges præfatos teneantur.

XXVIII. Facta charta inter Navarrae & Lucronium æra M. CC. XIV. VIII. Kalendas Septembris.

EPISTOLA PETRI BLESENSIS BATH. ARCHIDIAC. ad Henricum Regem, qua, inter alia adesse nuntios Regis Hispaniæ commemorat antiquam inter Regna controversiam iudicio suo commissuros.

DIU quasivi, & non inveni, quem desiderat anima mea: diu vos insequutus, sed non assequutus sum. Vanæ namque voces populi de viis vestris varie sentientes, dum pes meus stetit in via recta, me in invium reverterunt. Salomon equidem dicit, tria investigabilia esse, & quartum penitus inveniri non posse, viam aquilæ in cælo, viam navis in mari, viam colubri super terram, viam viri in adolescentia sua. Ego quantum possum adjicere, viam Regis in Angliâ. Cucurri, Domine, hæctenus in incertum: & adhuc ignoro, quo veniam, aut quo vadam. Fatigatus enim ab itinere, insuper & arreptus apud Neuportum dysenteria gravi, cursores diversos vestrorum exploratores itinerum ante faciem meam circumquaque præmisi. Mandetis igitur ubi & qua die inveniri possitis, benignissime Princeps, ut curram in via mandatorum vestrorum, & sit lucerna pedibus meis verbum tuum. Cum enim Reipublicæ intersit injuncta mihi nego-

tia tempestivius expediri, non parcam corpori misero & afflicto, donec desideratissimam faciem vestram conspiciam: tu vero dirige in conspectu tuo, Domine, viam meam.

Nuntii vestri a Romana curia rederunt, exonerati quidem argento, onerati plumbo; non multum indumentis, aut eveditionibus honorati. Applicuerunt præterea in magno comitatu nuntii Regum Hispaniæ, deferentes ad vos illam antiquam, & utinam antiquatam Regnorum controversiam, quæ tot civitatum populos traxit in exterminium & ruinam.

Benedictus autem Deus; nam, sicut Regina Austriæ venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, sic hodie remotissimi Reges in hac querela gravi & inexplicabili vestro iudicio se submitunt postulant instantius, ut questio tam nodosa sub vestra discretionis examine resolvatur.

Bene valeat carissimus Dominus meus, diuque ac feliciter vivat & regnet.

1 Vease el cap. XXXV. de estas Memorias pag. 101. y siguientes.

**TENOR INSTRUMENTI IN QUO PETITIONES
& allegationes nuntiorum, nomine Regis Castelle continentur.**

I. **I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. In nomine Domini Rex Aldefonsus Castellæ & Tolerti conquiretur & petit a Rege Sanctio Navarræ avunculo suo, sibi fieri restitutionem de Logronio, de Athleval, de Vanaret, quod est citra Ribaronia, & de Agoscio, de Abtol, de Arresa, de Alava cum suis mercatis, scilicet de Estwalez, & de Divina, & omni jure suo de terra quæ dicitur Durango. Quæ omnia Rex Aldefonsus bonæ memoriæ, qui Tolertum de potestate Saracenorum liberavit, jure hereditario possedit: & post mortem ejus filia ejus Regina Utraca simili jure possedit. Qua mortua, filius Imperator Aldefonsus bonæ memoriæ similiter jure hereditario possedit: & post mortem Imperatoris Rex Sanctius filius ejus, sine placito, jure hereditario possedit: & post mortem Regis Sanctii, filius ejus dominus noster Rex Aldefonsus similiter prædicta omnia jure hereditario possedit, quousque hæc omnia jam dictus Rex Navarræ prædicto Regi Castellæ nepoti suo orphano, pupillo & innocenti, filio amici & domini sui, & non de his requisito, abstulit, & violenter detinet.

II. Conquiretur etiam & petit restitutionem sibi fieri a prænominato Rege Navarræ de Roa, quam injuste detinet. Imperator enim adquisivit eam a Rege Saracenorum, qui dicebatur Zafadola, & dimisit eam filio suo Regi Sanctio, qui eam post mortem Imperatoris toto tempore vitæ suæ in pace

possedit. Quo mortuo dominus meus Rex Aldefonsus, filius ejus, jure hereditario in pace possedit, quousque Sanctius Ramires de Perola eam amisit, qui tenebat eam secundum consuetudinem Hispaniæ de manu Petri Ortiz: qui Petrus Ortiz tenebat eam secundum eandem consuetudinem a domino nostro Rege Aldefonso.

III. Petit etiam fructus, quos percipit sæpe dictus Rex Navarræ de Logronio & de omnibus aliis prænominiatis a tempore invasionis, & damna que intulit terræ ejus, eam depravando & comburendo; quorum omnium summam æstimamus centum millia marcarum auri.

IV. Præterea petit Pontem Regiæ, & Sangossa, & totam terram, quæ est ab his duabus villis usque ad flumen Iberi: quam terram bonæ memoriæ Rex Aldefonsus avus Imperatoris habuit, & in pace possedit, & per eum secundum consuetudinem Hispaniæ consanguineus ejus Rex Sanctius Aragonensis; & eo mortuo, filius ejus Rex Petrus; & post mortem Regis Petri, frater ejus Rex Aldefonsus Aragonensis, similiter sicut consanguinei & amici tenuerunt.

V. Petit etiam medietatem Tudelæ ex causa maternæ successionis, quam Comes Dalpere donavit Regiæ Margarete sobrinæ suæ, quæ uxor fuit Regis Garsie, & Avie ejusdem Regis Aldefonsi, cum jam dicta Tudela nullo modo pertinet ad Navarram.

**TENOR SCRIPTI, IN QUO PETITIONES
& allegationes nuntiorum Regis Navarræ continentur.**

I. **P**etit Sanctius Rex Navarræ Cudejo Monasterium, Montem de Oca, Vallem Sancti Vincentii, Vallem de Oliacasto, Cincovillas, Montem Ni-

1 Bap. XXXV. de estas Memorias.

2 Pag. 104. y sig.

Nigrum, Serra Alva usque Agredam. Hæc omnia repetit, & quidquid est infra hæc versus Navarram; & istius terræ petit universos redditus a tempore quo obiit Rex Sanctius de Pennalen. Hæc omnia ad Regnum suum spectantia possedit & habuit in pace & quiete abavus hujus Regis Sanctii, Garsias scilicet Rex Navarræ & Nagera; & proavus ejus per violentiam fuit expulsus ab hoc Regno propter imbecillitatem suam per Aldefonsum Regem Castellæ, consanguineum suum. Procedente autem tempore Rex Garsias, nepos ejus & pater hujus, inclitæ memoriæ, divina voluntate & fide naturalium hominum suorum exhibita, recuperavit Regnum suum, licet non integrum; & quod restat adhuc petit filius ejus Sanctius nunc Rex Navarræ.

II. Præterea petit hæc, quæ Imperator abstulit Regi Garsie patri suo per vim: scilicet Nageram castellum Christianorum & Judæorum, Gramon, Pancorvo, Belforat, Cereso Monasterium, Celorigo, Biliyio, Medria, Veguera, Clauvero, Verbea, Lantaron. Hæc autem repetit & sibi restitui postulat, quia pater suus Rex Garsias jure

hereditario ea possidebat, & Imperator sibi abstulit. Conquiretur etiam de Belforat, quod Imperator reddiderat Regi Garsie patri suo: & eo mortuo, idem Imperator abstulit illud Sanctio, nunc Regi Navarræ, tunc habenti & in pace possidenti tamquam suam propriam hereditatem.

III. Præterea petit, sibi restitui ab Aldefonso Rege Castellæ possessionem castrorum novissime sibi ablatorum, cum fructibus inde perceptis, & quidquid habiturus esset, si non esset inde ejectus. Sunt autem nomina castellorum hæc; Kel, Ocon, Patungos, Gramon, Cereso, Valorcanos, Irepeana, Miriel, Amihugo, Hajaga, Miranda, Sancta Agatha, Salmas, Portela, Malvezin, Leguin, & castrum quod tenet Godin. Hæc autem petit hac ratione, quia habuit & possedit pro suo, & sine ordine judicario ejectus est; & idcirco querela sua debet procedere, quia ultima est violentia, & prius debet purgari; & etiam altera pars a jure suo cecidit, si quod habuit.

IV. Ad hoc Sanctius Rex Navarræ de jure suo confidens, hanc infra scriptam conventionem proponit, quod tale est.

**HAEC EST CHARTA PACIS ET CONCORDIAE
quæ fuit facta inter Regem Aldefonsum de Castella, & Regem
Sanctium de Navarra, in Abbatia quæ vocatur Fiterium.**

Placuit utrique Regum, ut fieret pax & concordia inter eos per decem annos, & facta est; & placuit, ut hoc juramento firmarent; & jurarent ipsi & Barones utriusque super altare & super quatuor evangelia, ut tenerent prædictam concordiam & treguas per fidem & sine malo ingenio & sine fraude per X. annos. Et istæ treguæ factæ sunt de corporibus & peccoribus, de facultatibus & castellis per fidem & sine fraude & malo ingenio. Et si aliquis Regum vel Baronum istas treguas fregerit, & infra XL. dies clamorem factum non emendave-

rit, sit perjurus & alevoso. Facta charta æra M. CC. XXV. mense Octobris. Ut autem sequenti festivitate Sancti Martini usque ad X. annos sit terminus treguarum, & quod, infra X. annos scriptæ conventionis, sit læsus, & conquiretur; est autem læsus infra X. annos illos in habitatione istorum castellorum Kel, Leguin, Malvezin, Portela.

Præterea petit Rex Navarræ sibi restitui a Rege Castellæ usque ad summam C. millia marcarum argenti; Rege Sanctio hodie in Navarra regnante, satisfactionem Regi Aldefonso offerente de omnibus querelis suis secundum

arbitrium Baronum utriusque, vel serenissimi Regis Angliæ. Et confidenter dicimus, quoniam ista & his similia, infra talem conventionem & tales treguas perpetrata debent primum restitui, antequam ad aliam causam perveniant.

**JUDICIUM SIVE ARBITRIUM REGIS ANGLIÆ
in causa prædicta de differentis sibi compromissis per
Reges Castelle & Navarra.**

Henricus Dei gratia Rex Angliæ, Dux Norm. & Aquit. & Comes And. carissimis amicis suis Aldefonso Regi Castellæ & Sanctio Regi Navarra salutem. Sicut ex litterarum vestrarum tenore, & fidelium vestrorum *Joannis Episcopi Tirasonensis, Petri de Areis, Guteri Petri de Reinoso, & relatione nuntiorum vestrorum Episcopi Palentini, Comitit Gomez, Lupi Diaz, Comitit Garsie, Garsie Bermudi, Garsie Garsie, Petri Petri, Guteri Fernandez, Episcop. Pampelun, Sanctii Ramiri, Espagnol de Tarazona, Petri Ramiri, Aconari de Chalez*

assertione cognovimus: placuit utrique vestrum querimonias inter vos habitas super quibusdam castellis & terris cum earum terminis & pertinentiis iudicio nostro terminari. Nos vero fidelibus & nuntiis vestris ea, qua decuit, veneratione susceptis, pacem inter vos honori Dei & toti christianitati plurimum profuturam attendentes, divinæ pietatis & communis utilitatis intuitu negotium hoc in nos suscepimus. Fidelibus itaque a vobis communiter electis, & procuratoribus & advocatis causa-

rum vestrarum in presentia nostra, & Episcoporum, & Comitum, & Baronum nostrorum constitutis, petitiones & allegationes utriusque partis diligenter audivimus & intelleximus.

Proponebant siquidem hi, quibus causa Aldefonsi Regis Castellæ commissa fuerat, Sanctium Regem Navarra memorato Regi Castellæ, dum adhuc pupillus esset & orphanus, castella & terras, scilicet Logronium, Navarret, Antleva, Abtol, Aguseio, cum omnibus terminis & pertinentiis suis, quæ pater suus die, qua decessit, & ipse post aliquot annos quiete possederat, injuste & violenter abstulisse; unde & eorum sibi fieri restitutionem postulabant.

Illi vero, quibus causa Sanctii Regis Navarra commissa fuerat, nihil eorum, quæ ab aliis proposita fuerant, contradicentes, assercbant, Aldefonsum præfatum Regem Castellæ Sanctio prænominato Regi Navarra castella, scilicet Leguin, Portela, & castellum quod tenet Godin, per guerram & injuste abstulisse; & parte altera in nullo contradicente sibi, eorum sibi fieri restitutionem pari petebant instantia.

Præterea in scripto vestro continetur communi, vos treguas inter vos usque ad septennium fide interposita firmasse, & hoc ipsum nuntii vestri in jure palam sunt protestati.

Habito igitur cum Episcopis, Comitibus & Baronibus nostris cum delibe-

beratione consilio, pacem inter vos ad fidem Christianorum propagandam, & ad inimicorum Christi confusionem, necessariam fore considerantes; plenam etiam tam ex scriptis vestris, quam nuntiorum assertionibus fiduciam concipientes, quod in pace firmanda & conservanda consilio nostro & præcepto parebitis, ante iudicii pronuntiationem super præscriptis querelis & treguis, mandamus vobis per nuntios vestros, & consulimus & præcipimus, & adhuc etiam presentii scripto mandamus, ut pacem inter vos firmetis, & in perpetuum fideliter observetis.

Super querelis vero prætaxatis de castellis & terris cum omnibus terris & pertinentiis hinc inde violentè & injuste ablati, cum nihil contra violentiam utrique objectam a parte altera alteri responderetur; nec quidquam, quominus restitutiones quas petebant, faciendæ essent, allegaretur; plenariam utrique parti supra dictorum, quæ in jure petita erant, fieri restitutionem adjudicavimus.

Adjunximus etiam ex iudicio treguas præfatas inter vos, ut prædictum est, fide firmatas, sicut & scripto vestro & nuntiorum vestrorum publica confessione in jure facta nobis constitit, usque ad constitutum inter vos terminum inviolabiliter observandas. Volumus etiam & præcipimus pro bono pacis, ut Rex Aldefonsus, dilectus filius noster, donet Sanctio Regi Navarra avunculo suo singulis annis usque ad decennium tria millia marabettinorum ad tres terminos in anno Burgis recipienda: scilicet ad quatuor primorum mensium post prædictam restitutionem utrimque factam mille marabettinorum, & ad finem quatuor mensium proximo sequentium mille marabettinorum, & ad finem quatuor mensium tertio sequentium mille marabettinorum, ita ut singulis de X. annis sequentibus prædictam restitutionem sol-

vantur tria millia marabettinorum, ad eosdem terminos & in loco prænominato Sanctio Regi Navarra.

Præterea nuntii utriusque vestrum juraverunt ante sententiæ pronuntiationem, vos prædictum iudicium nostrum tam de restitutionibus, quam de treguis, firmiter observaturos; & nisi feceritis, quod corpora sua reddent in manus nostram & potestatem.

TESTIBUS HIS,

Ric. Archiepiscopo Cantuarie, Hug. Dunelm. Episcopo, Gaufr. Elyensi Episcopo, Rogerio Wigorn. Episcopo, Bartholomeo Exoniensi Episcopo, Guilberto Lund. Episcopo, Waltero Rosensi Episcopo, Reginaldo Bathoniensi Episcopo, Joanne Norwincensi Episcopo, Rodberto Hereford. Episcopo, Episcopo de Sancto David Wallie, & Adam Episcopo de Sancto Asaf, & Episcopo de Bangor, & Christiano Episcopo Candidæ Casæ de Galucia, Gaufr. filio Regis, Comite Britannie, & Will. Comite Abbarmarlie, & Rob. Comite Lestretrie, & Willelmo de Mandevilla Comite de Essex, & Will. Comite Glaucestrie, & Will. de Arundel Comite Sutesse, & Comite Cestrie, & Comite de Ferreris.
Et de Baronib. Angliæ *Ric. de Luci, & Will. de Vesci, Odenello de Dunfravilla, Rob. de Vall, Rogero de Mumbrai, Rob. de Stutevilla, Philippo de Chima, Rogerio Bigot, & aliis quam pluribus tam clericis quam laicis de Regno Angliæ.*

V.
**FUNDACION DE LA SANTA IGLESIA
 CATEDRAL DE CUENCA,
 Y UNION DE LOS OBISPADOS DE VALERA Y ARCABRICA,
 POR EL PAPA LUCIO III.**

A INSTANCIAS DEL REY D. ALONSO VIII.

Lucius Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio A. illustri Regi Castellæ salutem & Apostolicam benedictionem. Sicut per excellentiæ tuæ triumphales & magnificas actiones sanctæ Christianitatis termini dilatantur; sic decet nos omnimodis esse sollicitos, ut in locis illis, de quibus inimicos Crucis Christi per sudores bellicos exturbasti, religionis & fidei cultura succedat: & ubi per te sumis dominatio Christiana principium, stabile ponat Christi Ecclesia fundamentum. Hinc est quod Concensum civitatem, quæ per victoriam tibi favore celestis Numinis attributam a dominio liberata est paganorum, & ad cultum sanctæ Christianitatis adducta, honore duximus Episcopii sublimandam

1 Estos documentos tan oportunos para ilustrar no solo la Historia de la Santa Iglesia de Cuenca, sino tambien la general de Espana, nos los ha franqueado generosamente D. Tomas Melgarejo Dean de aquella Santa Iglesia, persona de muy recomendables prendas, copiados por su Secretario D. Juan Dimas Castellano con suma puntualidad, & ilustrados con las notas que conservamos aqui enteras por ser muy conducentes, y corregir los descuidos de Martin Rizo, á quien siguió Mondexar en el cap. XXXI. y siguiente de es-

statuentes ut Arcabricensis & Valerianensis Episcopatus auctoritate Apostolica in unum redacti, cum eos ad Christianitatem contigerit auctore Domino revocari, Concensi Episcopatu cum suis ubique locis & terminis diocesana lege subdantur. Ea vero loca, quæ jam sunt infra eorum terminos conquistata, vel post hæc adquiri contigerit, prædicto Episcopatu eadem lege decernimus amodo subjacere, quatenus ex hoc & christiane fidei gloria læta jugiter incrementa suscipiat, & tuæ magnificentia pietatis, dum ex his, quæ retro acta sunt, jucunda in Domino exultatione reficitur, in anteriora semper feliciter extendatur. Datum 3 Veletri Kalendis Junii. 4

tas Memorias.

2 Otra bula con clausulas idénticas y la misma fecha dirigió este Papa á D. Juan Yañez electo Obispo. La qual se halla tambien en el archivo, aunque de ella no hace mencion la Historia de Rizo.

3 La fecha de esta bula está equivocada, y falta en la traducción.

4 Aunque no expresa el año, se infiere evidentemente que se expidió en el de M. C. LXXXII. teniendo presente el de la eleccion de este Papa, y las fechas de los dos instrumentos que siguen.

CO-

**COMISION DEL PAPA LUCIO III. A D. JUAN
 Yañez electo Obispo de Cuenca para la disposicion de la Iglesia
 Catedral, y otras de la ciudad, y ordenar las Canonias,
 Dignidades, y Beneficios Ecclesiasticos.**

Lucius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Joanni, Concensi electo, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum singulis Christi fidelibus in caritatis operibus teneamur assistere, & in justis eos petitionibus exaudire, tanto eos, qui juxta infidelium loca morantur, libentius debemus auxiliæ & consilium impertiri, & juxta eorum petitiones admittere, quanto his noscuntur amplius indigere, & majora quotidie pro christiano nomine pericula patiuntur. Cum autem, sicut accepimus, per potentiam carissimi in Christo filii nostri A. illustris Castellanorum Regis terra ipsa fuerit noviter a manibus Saracenorum ademta, & in ea institutis Ecclesiis, plantata religio Chris-

tiana, civitas etiam per ejusdem filii nostri Regis diligentiam instituta, ad cuius regimen & provisionem electus, tua prudentia volens & Cathedralæ & alias ejusdem civitatis Ecclesias canonice ordinare cum auctoritate Romani Pontificis, ordinandi Canonias & Dignitates, & Beneficia Ecclesiastica disponendi licentiam petisti. Nosque tuis justis petitionibus super hoc annuentes, liberam tibi ordinandi omnes Dignitates, Canonias, & alia Beneficia Ecclesiastica, & etiam disponendi secundum Deum & canonicas sanctiones presentis scripti paginæ tuis facultatem. Dat. Veletri, Idibus Maji. 2

**INSTITUCION DE CANONIGOS POR EL OBISPO
 D. Juan Yañez, y donacion que les hizo en XXVIII.
 de Julio de M. C. LXXXIII.**

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis. Amen. Divinæ inspirationis votum differre non debet effectus, ne sancto pereunte proposito, speratum quoque meritum subtrahatur. Idcirco ego Joannes Dei gratia Conchensis electus, ad honorem & laudem nominis Dei & beatæ genitricis semper Virginis Mariæ, auctoritate fretus Apostolica hos ad præsens instituo Canonicos in Ecclesia Episcopali beatæ Virginis Mariæ quæ infra muros Conchæ continetur; videlicet dominum Gunterium, dominum Joannem de Contreras, dominum Mi-

chalem de Sancto Stephano, dominum Petrum Archipresbyterum de Concha, dominum Belasium de Villa Spassa, dominum Rodericum de Castro, dominum Joannem de Lara, dominum Dominicum Cappellatum nostrum, dominum Joannem de Canaveras, dominum Martinum Legionensem, dominum Fernandum, Magistrum Geraldum Regis Cancellarium, dominum Luponem Oxomensis Ecclesiæ Praecentorem, dominum Martinum Canonicum Calagurritanum, dominum Lupum de Villa Spassa, dominum Lu-

1 En la Historia de Rizo se advierte mal traducida esta ultima clausula.

2 Año de M. C. LXXXIII. por lo que arriba se dice.

3 Tampoco está puntualmente traducido en la Historia este documento, y falta el dia de su fecha.

ricum puerum Búrgensem. Et hac institutione facta, ad opus refectorii sui hos redditus eis assigno, dono & firmiter concedo; medietatem videlicet omnium decimarum cunctarum Ecclesiarum de Concha, & omnium aldearum ejusdem; medietatem molendinarum, & viginti vaccas, & insuper medietatem omnium regalium reddituum, decimarum scilicet panis & vini, Quintarum portagii & calumiarum. Præterea confero eis majolum quem emi, qui est ultra fluvium qui appellatur Fuchar, & medietatem hereditatis que est in Foz de Ochar, & tertiam partem decimarum Capelle, & omnes oblationes panis & vini que altario ejusdem offerentur. Ut autem donatio mea valeat

& firmitatem obtineat, sigilli mei munimine eam roboro & confirmo. Siquis vero temerario ausu contra hoc factum tentaverit, maledictionem omnipotentis Dei & beatæ Genitricis ejus & omnium Sanctorum incurrat; & sit anathema maranatha, & cum Juda proditore perpetuis flammis in inferno crucietur. Facta charta mense Julio V. Kalendas Augusti, æra M. CC. XXI. Regnante Rege A. in Toledo & in Castella & Extremadura. Domino G. Archiepiscopo residente in Toletana Ecclesia. Domino Didaco existente seniori in Concha. = Ego G. Toletanus Archiepiscopus & Hispaniarum primas confirmo, & sigillum meum appono.

DONACION DEL OBISPO D. JUAN YAÑEZ
á los Canonigos en XVI. de Enero año de M. C. XCV.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis. Amen. Divinæ inspirationis votum differre non debet effectus, ne sancto pereunte proposito, speratum quoque meritum subtrahatur. Idcirco ego Joannes Dei gratia, Conchensis Ecclesiæ primus Episcopus, ad honorem & laudem Dei & beatæ Mariæ semper Virginis ad opus refectorii Canonicorum Conchensis Ecclesiæ hos redditus eis assigno & firmiter concedo; medietatem videlicet omnium decimarum cunctarum Ecclesiarum Conchensis villæ & sui termini, quæ scilicet jam fundatæ sunt, & futuris Deo adjuvante temporibus fundabuntur. Et quoniam contingere solet, quod quedam aldeæ quandoque sunt istius villæ, quandoque illius; si semel receperint Canonici decimas in aliqua Ecclesia nomine termini Conchensis, perpetuo habeant & retineant. Reditus etiam regalium, decimas scilicet panis & vini, quintarum, portagii & calumiarum. Præterea confero eis majolum quem emi, qui est ultra fluvium qui appellatur Fuchar, & medietatem here-

ditatis que est in Foz de Ochar, & tertiam partem decimarum Capelle, & omnes oblationes panis & vini, quæ altario ejusdem offerentur; tertiam partem decimarum de Ucles & sui termini; azennias illas que sunt in Concha in Fuchar sub molendinis Regis; Villar Secho cum suo termino: omnes etiam hereditates illas quas aliqua persona privata, vel quælibet alia dederit Canonicis ad opus refectorii. Episcopus non habeat partem anniversariorum. Ad opus etiam vestiarum dono & concedo eisdem Canonicis medietatem decimarum omnium Ecclesiarum Cannetæ & sui termini. Concedo etiam decimas portagii, & quintarum, & salinarum de Cannet, quas scilicet dedit dominus Rex jam dictis Canonicis ad opus vestiarum: decimam portagii de Paracolos; decimam salinarum Montis aenti; medietatem decimarum omnium Ecclesiarum, que sunt in Alarcon; totam decimam omnium Ecclesiarum, que fundatæ sunt extra muros in termino de Alarcon, & futuris Deo adjuvante temporibus fundabuntur. Et sicut supra-

pe-

perius diximus, quoniam contingere solet quod quedam aldeæ quandoque sunt istius villæ, quandoque illius, ex quo semel receperint Canonici decimas in Ecclesiis nomine termini de Alarcon ad opus vestiarum, perpetuo habeant & retineant. Et si Episcopus, vel Canonicus Ecclesiæ dederit aliquam hereditatem ad opus refectorii pro anniversario suo, totum sibi refectorii. Ut autem donatio mea valeat & firmitatem obtineat, sigilli mei munimine eam roboro & confirmo. Siquis vero temerario ausu contra hoc meum factum venire, vel illud infringere attentaverit, maledictionem omnipotentis Dei & beatæ Genitricis ejus, & omnium Sanctorum incurrat, & sit anathema maranatha, & cum Juda proditore perpetuis flammis in inferno crucietur. Facta charta mense Januario XVII. Kalendas Februarii, æra M. CC. XXXIII. Regnante Rege Aldefonso in Castella & in Toledo & in Extremadura. Domino

M. Archiepiscopo residente in Ecclesia Toletana. Domino Joanne de Lara Priore in Concha. Domino Lobono Conchensis sedis Archidiacono. Domino G. Opreni Archidiacono. Domino Anselmo Cannetensi Archidiacono, & etiam Domini Episcopi Cancellario. Domino Bonushomo Sacrista. Domino Joanne Præcentore. Domino Joanne Suæcentore. Ego Joannes Dei gratia Conchensis Ecclesiæ primus Episcopus. Domino J. ejusdem Ecclesiæ Priore cum ceteris Canonicis, scilicet A. Cannetensi Archidiacono, B. Sacrista, J. Præcentore. Domino Joanne de Contreras. Domino Roderigo de Castro. Domino Martino de Legione. Domino Fernando Gundisalvi. Domino Belasio, qui hanc chartam scripserit, pro se & pro aliis, qui absentes erant, instanter petentibus, hanc chartam fieri præcepi. Nos itaque jam dicti Canonici hujus donationis & chartæ testes sumus. Data charta in Paregia.

COMPOSICION ENTRE EL OBISPO D. JUAN
Yañez y Cabildo de Canonigos con el Abad de Monsalud.

Compositionem inter me domnum Joannem Dei gratia Chonchenensis Ecclesiæ Episcopum, & ejusdem Ecclesiæ Canonicorum venerabile capitulum, & intrer me R. eadem gratia Ecclesiæ sanctæ Mariæ Montis Salutis Abbatem, & ejusdem loci monachorum sanctissimum conventum, super prædicti loci agriculturæ decimis in scriptis quidem redactam, ad opus omnium nostrum & successorum nostrorum memorie commendare curavimus. Ego itaque Joannes Dei gratia Conchensis Ecclesiæ instans Episcopus, una cum concessu & beneplacito Canonicorum Conchensis Ecclesiæ pro me & successoribus meis concedo vobis

domno R. Montis Salutis Abbati & successoribus vestris & conventui vestro, scilicet præsentis & futuro, totius agriculturæ vestræ, quam modo habitulum, & intrer me R. eadem gratia Ecclesiæ sanctæ Mariæ Montis Salutis Abbatem, & ut aperte loquar, totius vestræ substantiæ decimas in pace habendas & retinendas. Ita tamen, quod vos & successores vestri singulis annis in Nativitate beatæ Mariæ, quæ est mense Septembris, censualiter pro hac convenientia, vel per vos, vel per aliquem monachorum vestrorum conventui nostro duos aureos persolvatis. Et ego R. prædicti loci Abbas, una cum consensu & beneplacito monachorum nostrorum, pro me & successoribus nos-

K

La ceremonia que actualmente se observa el día VIII de Setiembre para el pago de este censo, es la misma que expresa el testimonio del año de M. DC. XIX. in-

serto en la Historia de Rizo á los folios 142. y 143. el qual concuerda con su original, por cuya razon no ha parecido necesario ponerle aqui.

nostris prætaxato die, promitto, vel per monachum nostrum conventui Canoniorum Conchensis Ecclesiæ singulis annis consualiter pro prædicta conve-

nientia duos aureos persolvere. Ego Johannes Conchensis Ecclesiæ. . . . Facta charta . III. Kalendas Januarii, æra M. CC. XXXI.

2 DONACION DEL REY D. ALONSO A D. JUAN Yañez y á los Canonicos en X. de Setiembre de la era M. CC. XXXIII.

Inter cetera pietatis opera salutare est & Regibus præsertim conveniens; Ecclesias Dei diligere & honorare, easque propriis temporalium rerum facultatibus locupletari, quatenus per Sanctorum intercessionem & merita, quorum in eisdem Ecclesiis celebratur memoria; ac per devotas preces ministrorum ibidem divinis obsequiis assidue vacantium, suorum in præsentem veniam consequi delictorum, atque in futuro eternæ retributionis bravium adipisci mereantur. Ea propter ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castellæ & Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, & cum filio meo Ferrando, divinæ pietatis intuitu pro animabus parentum meorum & salute propria facio chartam donationis, concessionis & stabilitatis Deo & Conchensi Ecclesiæ beatæ Mariæ, & vobis domno Joanni ejusdem instanti Episcopo, vestrisque successoribus, & universo ejusdem Ecclesiæ Canonicorum capitulo præsentis & futuro perpetuo valitaram. Dono itaque vobis, & concedo decimas omnium reddituum regalium de Concha, & de Opte, & de Valera, & de Monte Acuto, videlicet de portaticis, de calumniis, de quintis, de agricultura, de vineis, de salinis, de molendinis, de hortis, & de omnibus aliis quæ in prædictis villis

¹ La Historia de Cuenca cita con error esta fecha.

² La donacion del Obispo D. Juan Yañez á los Canonicos de la mitad de los diezmos de todas las Iglesias edificadas y por edificar, con la mitad de los diezmos de Uclés y otras rentas, es la misma que

ad Regem pertinent; exceptis petitionibus & fonsaderis. Præterea dono & concedo vobis prædicto Canonicorum capitulo decimas portatici, & salinarum, & quintarum de Canneto. Hæc omnia præscripta supra dicto modo vobis dono & concedo jure hereditario in perpetuum habenda, & irrevocabiliter possidenda. Et hæc mea donationis, concessionis & stabilitatis pagina rata & stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero hæc chartam infringere, seu diminueri in aliquo præsumserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, & cum Juda Domini proditore infernalibus mancipetur pœnis; & insuper regie parti mille libras auri purissimi in coto persolvat: & damnum quod vobis, vel vocem vestram pulsanti intulerit, duplicatum restituat. Facta charta in Segoncia æra 3 M. CC. XXXIII. IV. Idus Septembris. Et ego Rex A. regnans in Castella & Toledo, hæc chartam quam fieri jussi, manu propria roboro & confirmo. Martinus Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopus, & Hispaniarum primas conf. Joannes Conchensis Episcopus conf. Martinus Burgensis Episcopus conf. Ardericus Palentinus Episcopus conf. Martinus Oxomensis Episcopus conf. Rodericus Seguntinus Episcopus conf. Gundisalvus Secobiensis electus conf. Bric-

vá compulsada, su fecha XVI. de Enero del año M. C. XCV. y se halla inserta en la citada Historia al fol. 139.

³ La Historia pone con error á este instrumento la fecha de la era M. CC. XXXVIII. pues entonces era ya Obispo el señor S. Julian.

Briccius Placentinus Episcopus conf. Comes Petrus conf. Comes Ferrandus conf. Gonzalvus Roderici conf. Aegidius Gomez conf. Garsias Ortiz conf. Gundisalvus Gomez conf. Guillelmus Gonzalvez conf. Alfonsus Telli conf. Bermundus Petri conf. Garsias Ezquer-

ra conf. Didacus Lupi Merinus Regis conf. *Signum Aldefonsi Regis Castellæ.* Tunc temporis vacabant majordomatus Curie Regis. Didacus Lupi de Faro Alleriz Regis conf. Didaco Garsia existente Cancellario. Magister Mica, Domini Regis Notarius, scripsit.

1 DONACION DEL REY D. ALONSO A LOS Canonicos de Cuenca en IX. de Abril año M. C. LXXXVII.

Rationi consonat & Regibus specialiter congruit, Ecclesias Dei & earum ministros diligere, & collata sibi a Deo bona eis clementer imperitari, & in temporalibus caritative providere. Idecirco ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castellæ & Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, intuitu divinæ pietatis & misericordiæ, & pro remedio animæ meæ dono & concedo Deo & Conchensi Ecclesiæ beatæ Mariæ & universo ejusdem Ecclesiæ Canonicorum conventui præsentis & futuro decimam portatici & omnium salinarum castelli, quod vocatur Caneth, jure hereditario in perpetuum percipiendam. Siquis vero hujus meæ do-

nationis & concessionis privilegium infringere, vel diminueri præsumserit, iram omnipotentis Dei plenarie incurrat, & cum Juda Domini proditore pœnas infernales sustineat, & mille aureos in cato persolvat, & damnum quod Conchensi Ecclesiæ beatæ Mariæ, & ejusdem præfato Canonicorum conventui intulerit, duplatum restituat. Facta charta apud Ucles æra M. CC. XXV. V. Idus Aprilis. Et ego Rex Aldefonsus regnans in Castella & Toledo hæc chartam manu propria roboro & confirmo. Gundisalvus Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopus & Hispaniarum Primas conf. Joannes Conchensis Episcopus conf. &c.

2 DONACION DEL REY D. ALONSO AL OBISPO D. Juan en XII. de Abril año M. C. LXXXVII.

Quod divinæ inspirationis affectu sanctis piisque locis a Regibus & terrarum Principibus tribuitur, nimia debet stabilitate firmari. Idecirco ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castellæ & Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, divinæ pietatis intuitu dono & concedo Deo & Conchensi

Ecclesiæ Cathedralis sedis beatæ Mariæ, & vobis domno Joanni ejusdem Ecclesiæ instanti Episcopo, & omnibus successoribus vestris duo castella, quorum alterum dicitur Mons Acutus, cum salinis, nemoribus & terminis suis, cum ingressibus & egressibus, pratis, pascuibus, aquis, rivis, molendinis, & cum

X 2

¹ Aunque no hace mencion la Historia de este documento ni del siguiente, los suponen otros que cita, y van compulsados.

² El privilegio que cita la Historia con fecha de XVI. de Febrero de la era de M. CC. XXVIII. confirmatorio de las aldeas

que el Rey D. Alonso dió á Cuenca, no se halla. Puede ser equivocacion, confundiendo con los instrumentos de la institucion de Canonicos, y donacion que les hizo D. Juan Yañez (que van compulsadas) en que se hace mencion, aunque no individual, de ellas.

omnibus directuris, terminis & pertinentiis suis; alterum quod vocatur Paracuellos, cum portagio, montibus & nemoribus, cum ingressibus & egressibus, pratis, pascuis, aquis, rivis, molendinis, & cum omnibus directuris, terminis & pertinentiis suis, jure hereditario in perpetuum habenda, & irrevocabiliter possidenda. Si quis hujus mee donationis & concessionis privilegium infringere, vel in aliquo diminueri præsumerit, iram omnipoten-

tis Dei plenarie incurrat, & cum Jnda Domini proditore infernales penas sustineat, & Regie parti centum libras auri purissimi in cauto persolvat, & damnum, quod intulerit, duplatum peccabit. Facta charta apud Ucles ara M. CC. XXV. III. Idus Aprilis. Et ego Rex A. regnans in Castilla & Tolero, hanc chartam manu propria roboro & confirmo. Gundisalvus Tolleranzæ Ecclesie Archiepiscopus & Hispaniarum Primas confirmat, &c.

Asi resulta todo de los documentos que paran en el archivo de esta Santa Iglesia; y los compulsados concuerdan con sus originales, á que me refiero. Y para que conste como Secretario de los Señores Dean y Cabildo de ella lo certifico y firmo en Cuenca á III. de Setiembre de M. DCC. LXXXII. Juan Dimas Castellano, Secretario.

CONFIRMACION DEL REY D. ALONSO EL SABIO
al Concejo de Cuenca de varias mercedes hechas por su bisavuelo D. Alonso VIII.

SEpan quantos este privilegio vieren y oyeren, como nos D. Alonso por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Sevilla, de Córdoba, de Murcia, de Jaén, del Algarve, en uno con la Reyna Doña Violante mi muger, y con nuestros hijos el Infante D. Fernando primero heredero, y con D. Sancho, y D. Pedro, y D. Juan, y D. Jayme.

Por muchos servicios que hicieron el Consejo de Cuenca, de Villa, y de Aldeas al muy noble, é muy alto, é muy honrado Rey D. Alonso nuestro bisavuelo que ganó á Cuenca: é otrosi al muy alto é muy honrado Rey D. Fernando nuestro padre, y después á nos, por les hacer bien y merced, damosles y otorgamosles las franquezas que solian haber en el su feudo, que antes habian, que son estas:

Primeramente les damos y les otorgamos todos sus términos de Cuen-

ca con montes, fuentes, con rios, con pastos, con entradas, con salidas, y con todas sus pertenencias, é con todos sus derechos: asi como ge los dió el Rey D. Alonso nuestro bisavuelo, y se los otorgó el Rey D. Fernando nuestro padre; y segun que ellos lo ovieron despues acá; é aquellos términos que se debian labrar y poblar y, que los labren ellos, y que los pueblen: é que fagan cada uno de lo suyo é en lo suyo todo lo que quisieren, en guisa que non fagan daño ni tuerto á otro ninguno. E todo aquel que tuviere casa poblada en la ciudad de Cuenca, que non peche en ningun pecho, se non fuere en las labores de los muros, y de las torres de la ciudad y de su término. Pero los caballeros que tuviere en la ciudad casa poblada, y caballo que vala treinta maravedis, ó mas, non pechen en ninguna de estas cosas sobredichas por siempre, y que escusen de pecho sus

pa-

paniguados, sus amos, y sus aportellados, segun lo escusaron fasta aqui.

E mandamos que todo vecino de Cuenca que non dé portazgo, nin montazgo de aqui adelante en ningun lugar: asi como fué en tiempo del Rey D. Alonso nuestro bisavuelo, y del Rey D. Fernando nuestro padre, y en el nuestro fasta aqui, sino fuere en Toledo, en Sevilla y Murcia. E otrosi, todo vecino de Cuenca pueda tener en su casa pesas y medidas derechas, sin calumnia ninguna; y el que las non tuviere derechas, que peche la calumnia, como el nuestro fuero manda: pero salvo finque para nos el nuestro peso mayor que y habemos, tambien el peso de mercado, como el otro peso mayor de la villa, que sea para nuestras rentas. Y aún mandamos, que todos aquellos que estuvieren y moraren en las casas, ó en las heredades de los vecinos de Cuenca, que tuviere casas pobladas en la ciudad, que sean vasallos del Señor de la casa, ó de Señor de la heredad, ó moraren, ó dó estuvieren, y á él respondan con pecho, ó con facendera, asi como fué fasta aqui. Y otorgamosles, que todo ganado ageno que entrare en los pastos de Cuenca, que lo quite el Concejo, é que lo eche de todo su término sin calumnia, salvo ende que lo non tomen por fuerza, nin lo roben. Otrosi mandamos y defendemos, que ningun Realengo non pase á Abadengo, nin homes de Orden, nin de Religión por compras, nin por mandamientos, nin por cambios, ni en nin-

guna manera que ser pueda, sin nuestro mandato. E otrosi les otorgamos que de todo pecho, ó de todo pechado, que el Concejo de Cuenca diere á nos, ó á otro qualquier, y de lo que nos tomaremos en la villa, ó en el término, que el Concejo de Cuenca haya ende el septimo; asi como ge lo ovo dado el Rey D. Alonso nuestro bisavuelo. Pero en tal manera ge lo otorgamos, que lo podamos nos proveer en aquellas cosas que vieremos que serán mas á nuestro servicio, y á pro de la ciudad. Y mandamos y defendemos, que ninguno sea osado de ir contra este privilegio para quebrantarlo, ni para menguarlo en ninguna cosa: ca qualquier que lo ficriere habria nuestra ira, é pecharnos ia en todo diez mil maravedis, y al Concejo de Cuenca, ó á quien su voz tuviere, todo el daño doblado.

E porque sea firme é estable, mandamos sellar este privilegio con nuestro sello de plomo. Fecho el privilegio en Sevilla por nuestro mandado, sabado en XI. dias andados del mes de Agosto en era de M. CCCVI. años. E nos el sobredicho Rey D. Alonso regnante en uno con la Reyna Doña Violante mi muger, y con nuestros hijos el Infante D. Fernando primero heredero, y con D. Sancho, é D. Pedro, é D. Juan, é D. Jayme, en Castilla, en Toledo, en Leon, en Galicia, en Sevilla, en Córdoba, en Murcia, en Jaén, en Baeza, en Badajoz, en Algarve, otorgamos este privilegio, é confirmamoslo.

VI.

DE PACTO ET AMICITIA
 QUOD ALDEFONSUS REX CASTELLÆ
 ET SANCTIUS REX NAVARRÆ
 FECERUNT SUPER ALAVA ET CETERA CASTELLÆ.

IN nomine omnipotentis Dei & ejus divina elementia. Hoc est pactum & amicitia, quam Rex Aldefonsus Castellæ & Sanctius Rex Navarræ sibi adinvicem fecerunt: scilicet quod Sanctius Rex Navarræ dedit Aldefonso Regi Castellæ Lucronium, Antelenam, Navarret, Augusejo, Abtol, & Resam: & Aldefonsus Rex Castellæ misit Lucronium, & jam dicta castella in fidelitate in manu Petri Rodrici de Azagra, vel Martini Roderici de Azagra, vel Martini Guillimi vasallorum Aldefonsi Regis Castellæ, ut teneat illa quislibet illorum trium in fidelitate usque ad decem annos, & serviat Aldefonso Regi Castellæ cum omnibus illis, & cum omnibus redditibus quicumque ex illis exierunt, & non det illa Aldefonso Regi Castellæ usque ad decem annos nisi cum mandato Sanctii Regis Navarræ: & Lucronium, & jam dicta castella teneat per Aldefonsum Regem Castellæ primitus quislibet ditorum trium militum, quem Rex Navarræ elegerit. Et postea teneat illa eadem quislibet ditorum trium militum, quem Rex Castellæ elegerit: & quislibet horum Rex Aldefonsus Castellæ mandare voluerit, ut teneat Lucro-

nium, & jam dicta castra: illeque cui mandare volet, prius vadat ad Regem Navarræ, & faciat eidem homanium & pactum, quale primus miles fecit qui antea tenuit illa. Et miles tenens castra non det ea antea, quousque ille, qui ea debet recipere per mandatum Regis Castellæ, faciat Regi Navarræ homanium sicut factum fuit a primo milite. Et si isti tres dicti milites, vel duo illorum obierint, aut se ab Aldefonso Rege Castellæ separabunt, quod non sint ejus vasalli; Sanctius Rex Navarræ eligat qualemcumque voluerit, qui sit vasallus Regis Castellæ & naturalis de Navarra; & mandet ei dari Lucronium, & jam dicta castella, faciendum prius Regi Navarræ homanium sicut fecit qui prius ea tenuit. Et postea Rex Castellæ mandet ei dari sepe dicta castella. Verumtamen si Aldefonsus Rex Castellæ faciet exercitum in terra Regis Sanctii Navarræ, perfaciet malum eidem, aut ejus castellum capiet, aut terram ejus forzabit; miles qui tenens erit supradicta castella, det ea Regi Navarræ, & miles ob hoc non valeat minus. Et si exercitus de Extremadura Regis Castellæ intrabit cum Rege Castellæ vel sine eo in terram Regis Na-

1 La copia de este precioso documento que se halla en Pamplona en la Cámara de Comptos en el Carulario de D. Theobaldo y en otro que llaman el Magno, me la ha comunicado exactamente copiada D. Domingo Fernandez de Campo-

manes Ministro del Consejo de Navarra, Individuo de la Real Academia de la Historia, y sugeto de muy exquisito gusto, y no poco instruido en la lengua Griega y antigüedades.

2 Vease el cap. XLI. de estas Memorias.

Navarræ, perfaciet malum eidem; propter hoc Rex Castellæ perdat prædicta castra, & reddat Regi Navarræ. Item si quis nobilium Regis Castellæ per se, vel cum alio intrabit cum exercitu in terra Sanctii Regis Navarræ; perdat hereditates & honores quos a Rege Castellæ tenens erit, & amorem ejusdem; & non recuperet hos nec amorem Regis Castellæ. Si cum voluntate Regis Navarræ. Et si forte malefactor habebit castrum vel castra, de quibus Rex Castellæ nequeat cum exheredare, dicti Reges militent super illum, & juvent se adinvicem ad capiendam castra per bonam fidem & sine enganno. Ceterum si, ut jam supra dictum est, hoc facere nollit Rex Castellæ, miles tenens dicta castra det ea Regi Navarræ, & miles ob hoc minus non valeat. Item si milites de Regno Reg. Castellæ veniunt per se, vel cum alio cum exercitu in terram Regis Navarræ, exheredentur & a Regno ejiciantur, & Rex Castellæ emendet damnum Regi Navarræ illatum. Similiter si Sanctius Rex Navarræ faciet exercitum in terram Regis Aldefonsi Castellæ, perfaciet malum eidem, aut ejus castellum capiet, aut terram ejus forzabit; miles qui tenens erit supra dicta castella, det ea Regi Castellæ, & miles ob hoc minus non valeat. Item si quis nobilium Regis Navarræ per se, vel cum alio intrabit cum exercitu in terram Regis Aldefonsi Castellæ, perdat hereditates & honores quos a Rege Navarræ tenens erit, & amorem ejusdem; & non recuperet hos, nec amorem Regis Navarræ, nisi cum voluntate Regis Castellæ. Et si forte malefactor habebit castrum vel castra, de quibus Rex Navarræ eum nequeat exheredare, dicti Reges militent super eum, & juvent se adinvicem ad capiendam castra per bonam fidem & sine enganno. Ceterum si, ut jam supra dictum est, hoc nollit facere Rex Navarræ, miles qui tenens erit supra scripta castra, det ea Regi Castellæ, & miles ob hoc non valeat

minus. Item si milites de Regno Regis Navarræ per se vel cum alio, vel cum exercitu in terram Regis Castellæ veniunt, exheredentur, & a regno ejiciantur, & Rex Navarræ emendet damnum Regi Castellæ illatum. Præterea si Aldefonsus Rex Castellæ in istis decem prænominitis annis obierit, & filius vel filia de uxore legitima ei superstes non erit, Lucronium & jam dicta castella dentur Regi Navarræ, vel filio ejusdem futuro Regi Navarræ jure hereditario possidenda. Verumtamen de istis decem annis prænominitis in antea, miles qui tenens erit Lucronium & jam dicta castella, det illa quita & libera, & solta Aldefonso Regi Castellæ, perfaciet suam voluntatem irato & peccato. Et insuper Aldefonsus Rex Castellæ fecit pactum Sanctio Regi Navarræ, quod si de decem annis in antea Aldefonsus Rex Castellæ obierit sine filio vel filia ei superstite de uxore legitima, det Lucronium & jam dicta castra Regi Sanctio Navarræ. Ego itaque Aldefonsus Rex Castellæ per bonam fidem & sine enganno assecuro & affirmo istis militibus qui tenebunt Lucronium & dicta castra, quod neque per me, neque per meum consilium auferam illa, nec furer, nec furari faciam, & quod nullo modo dictos milites de Lucronio de dictis castris desopoderem. Ego quoque Rex Sanctius Navarræ per bonam fidem & sine enganno simili modo assecuro & affirmo istis militibus, qui tenebunt Lucronium, & jam dicta castra, quod neque per me, nec per meum consilium auferam illa, nec furer, nec furari faciam, & quod nullo modo dictos milites de Lucronio, de dictis castris desopoderem. Insuper & ego Sanctius Rex Navarræ relinquo Alavensibus suas hereditates, excepto Castellæ & Treviño. Et ego Aldefonsus Rex Castellæ donavi Regi Sanctio Navarræ Leguin & Partella, & quitavi ei castrum quod tenet Godin. Insuper ego idem Aldefonsus Rex Castellæ quitavi vobis Sanctio Regi Navarræ & success-

cessoribus vestris (Alavam in perpetuum pro vestro Regno, scilicet de Ichiar & Durango intus existentibus, excepto castello de Malvezin, quod pertinet ad Regem Castellæ, & etiam Zuvarrutia & Badaja, sicut aquæ cadunt usque Navarram excepto Moriellas, quod pertinet ad Regem Castellæ; & etiam ex inde usque ad Focam, & a Foca in jussum sicut Zadorra & dicit usque cadit in Iberum. Ex designatis terminis usque Navarram totum sit Regis Navarræ, exceptis castello de Malvezin & Moriellas, quæ sunt Regis Castellæ, sicut dictum est. Et ex prædictis terminis designatis usque Castellam totum sit Regis Castellæ. Insuper ego idem Rex Castellæ quitavi vobis Sancio Regi Navarræ & successoribus vestris) Rodam, & sum sine querela de vobis per ea in perpetuum. Insuper ego Rex Aldefonsus Castellæ volo, ut Johobus Velez voluerit esse meus vasallus, & vos querimoniam habetis de illo: faciat vobis directum ad forum vestræ terræ, & in curia vestra. Præterea Sancius Rex Navarræ convenit Aldefonso Regi Castellæ, quod si aliquis homo de terra Regis Navarræ furabitur castellum aliquod Regi Castellæ a Burgis ad sursum jussu Navarram, & a Castella veteri ad sursum, ipsa interius existente cum suis montanis, & de Borova ad sursum ipsa intro existenti, & de Soria ad sursum, Agreta & Cambera intro existentibus, & de Quinque Villis ad sursum; Sancius Rex Navarræ faciat reddi castrum amissum Regi Castellæ, si ille qui fuerit furatus, sit vasallus Regis Navarræ; & si pro illo dare noluerit, adjuvet Regem Castellæ cum proprio corpore & hominibus suis per bonam fidem & sine enganno ad recuperandum castellum vel castella perditam. Simili quoque modo Rex Aldefonsus Castellæ convenit Sancio Regi Navarræ, quod si aliquis homo de terra Regis Ca-

stellæ furabitur castellum aliquod Regi Navarræ, a Pamplona ad jussum usque Castellam, & de Huarte ad jussum, ipso intro existenti, & de Leguin ad jussum ipso intro existenti, & de Sangossa ad jussum, ipsa intro existenti, & de Sando Sebastiano ad jussum, ipso intro existenti; Aldefonsus Rex Castellæ faciat reddi castrum amissum Regi Navarræ, si ille qui furatus fuerit, sit vasallus Regis Castellæ: & si pro illo dare noluerit, adjuvet Regem Navarræ cum proprio corpore & hominibus suis per bonam fidem & sine enganno ad recuperandum castellum vel castella perditam. Convenerunt insuper sibi invicem prædicti Reges, ut omnes vasalli amborum Regum sæpe dictorum, qui in Castella & in Navarra hereditates suas, ex quo Lucronium fuit captum, per violentiam amiserunt, penitus recuperent illas.

Omissis itaque & finitis omnibus & singulis querellis nostris & nostrorum antecessorum, & omnibus inimicitiarum & discordiæ & inquietationis ocasionibus postpositis & relictis tam antecessorum nostrorum quam nostrorum amborum, & amicabili compositione penitus & in perpetuum definitis & sopitis, nos ambo sæpe dicti Reges, ego videlicet Aldefonsus Rex Castellæ, & vos Sancius Rex Navarræ, veram concordiam & pacem firmissimam fecimus & firmavimus nunc & in perpetuum valitaram & duraturam per nos & per omnes filios nostros: & omnia ad jussa universaliter & funditus diffinivimus per nos & per omnes antecessores nostros, adeo ut neuter nostrorum amborum jussus allatorum umquam de cetero occasione aliqua amplius aliquid requirendi, vel inquietandi habeat, nec habere possit. Ut autem prænotatum & sæpe dictum pactum & amicitiam & concordiam superius scripta firma & inconcussa omni tempore permanent, Rex

1 Falta en una de las copias lo que sigue aqui entre paréntesis.

Rex Aldefonsus Castellæ juravit, & fecit hominum Sancio Regi Navarræ: & Sancius Rex Navarræ simili modo juravit & fecit hominum Aldefonso Regi Castellæ, quod supra scriptum pactum & amicitiam, & concordiam & omnia supra scripta teneat & observet alter alteri per bonam fidem & sine enganno; & uter amborum hoc juramentum & hominum nantiretur, sit traditor & alevosus, & fide mentitus, & perjurus, & non possit se inde salvare, nec per se, nec per alium aliquem. Facta charta ista, & datis prædictis castris Aldefonso Regi Castellæ, & in supra scripta fidelitate positus in medio Aprilis æra reparationis M. CC. XVII. dum prædicti Reges

intra Naxaram & Lucronium colloquium habuerunt. Ferrandus Vicecancellarius Regis Navarræ scripsit hanc chartam mandato prædictorum Regum. Testes sunt ex parte Regis Aldefonsi, Petrus Rodrici de Azagra, Petrus Rodrici de Naxara, Tello Petri, Gomez Garsie Alferius Regis, Martinus Roderici de Azagra, Petrus Gutierri, Suerus Pelagii, Lupus Diaz Fiterii, Merinus Regis in Castella, Garsias Munioz, Martinus Lupi de Lugant. Testes ex parte Regis Sancii, Garsias Bermundi, Sancius Remiri, Petrole Spannol, Petrus Remiri, Martinus de Subiza, Remirus de Barea, Remirus de Assin, Ferrandus Moris in medio Aprilis æra reparationis M. CC. XVII. dum prædicti Reges



VII.

PRIVILEGIO DE D. ALONSO VIII.

FOR EL QUAL MANDA QUE LOS BIENES DE LOS ARZOBISPOS, OBISPOS, Y DEMAS PRELADOS ECLESIASTICOS SE RESERVEN PARA EL SUCCESOR EN LA DIGNIDAD.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Inter cetera pietatis officia potissimum est, & Regibus specialiter conveniens, sanctam Dei Ecclesiam exaltare & promovere: Ecclesiasticas personas venerari ac privilegiare: & tam Ecclesiis, quam Ecclesiasticis ministris debitam libertatem clementer concedere. Ea propter ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castellæ & Toleleti, una cum uxore mea Alienor Regina, libenti animo, & voluntate spontanea intuitu pietatis ac misericordie, pro animabus parentum meorum, & salute propria, facio chartam donationis, libertatis & absolutionis Domino, & S. Mariæ Secoviensis Ecclesie, &

vobis D. Gundisalvo, ejusdem Ecclesie instanti Episcopo, omnibusque successoribus vestris, & universis clericis & sacerdotibus in diocesi vestra habitantibus: cunctis quoque Ecclesiarum Prelatis in Regno meo constitutis & constituendis, tam Archiepiscopis, quam Episcopis, quam Abbatibus, quam Prioribus, quam clericis, quam sacerdotibus, omnibusque in sacra parte Regni mei naufragium patientibus, in perpetuum valitaram. Statuo itaque, concedo & voveo per me & per omnes successores meos, ut de cetero nullus Rex, neque dominus terre, neque merinus, neque sajón, neque aliquis alius homo, mortuo Archiepiscopo, aut Episcopo

1 Vease la pag. 120. de las Memorias.

2 Historia de Segovia pag. 152.

scopo, aut aliquo Ecclesiastico Prelato Regni mei de rebus domus defuncti mobilibus, sive immobilibus quidquam rapere, nec possessiones extrinsecas violenter occupare, nec domos quacumque re spoliare ullâ modo præsumat. Sed omnes res & possessiones Archiepiscopi, sive Episcopi, sive cujuscumque Ecclesiastici Prelati defuncti reserventur illarum, & libere habendæ & possidendæ Archiepiscopo, sive Episcopo, sive Prelato in posterum successuro. Eodem modo concedo vobis, & statuo, ut nunquam de cetero petam aliquid Archiepiscopis, nec Episcopis, nec Abbatibus, nec aliquibus Ecclesiasticis personis, nec aliquibus Religiosis viris per minas, terrorem, seu violentiam; nisi cum suo amore & beneplacito eorum; & secundum quod meus Archiepiscopus mihi consulat & mandabit. Absolvo etiam omnes clericos & sacerdotes totius regni mei ab omni facienda, & fossadeira, & posta, & qualibet alia peccata in perpetuum, & ab omni servitio quod ad Regem pertinet, rogans & postulans ut omnes clericis in vita mea specialem faciant orationem pro incolunitate corporis mei & quotidianam, & post decessum meum pro salute anime meæ & parentum meorum. Concedo etiam & statuo in perpetuum, quod naufragi undecumque ad Regnum meum applicerint, cum omnibus rebus suis, quas de naufragio eripere poterint, ad quascunque partes

vouerint, sine omni læsione & impedimento proficiantur, & nullus homo in toto Regno meo aliquam violentiam eis, vel rebus eorum in aliquo inferre præsumat. Si quis vero, &c. Facta charta apud Toletum æra M. CC. XVIII. XIV. Kalendas Januarii, anno IV. ex quo Rex serenissimus præfatus Concham fidei christianæ mancipavit. Et ego Rex Aldefonsus regnans in Toledo & Castilla hoc præsens privilegium, quod fieri mandavi, manu propria reboro & confirmo. Rodericus Guierrez, Majordomus Curie Regis, confirmat. Gomez Garcia de Roda, Alferiz Regis, confirmat. Raimundus Palentinus Episcopus conf. Petrus Burgensis Episcopus conf. Sancius Abulensis Episcopus conf. Rodericus Calagurritanus Episcopus conf. Michael Oxomensis Episcopus conf. Ardericus Seguntinus Episcopus conf. Joannes primus Conchanus electus conf. Comes Petrus conf. Comes Ferrandus conf. Comes Gundisalvus conf. Comes Aldefonsus conf. Petrus Roderici de Azagra conf. Ferrandus Roderici de Argello conf. Didacus Exemeniz conf. Petrus de Aranzi conf. Petrus Garcia de Lerma conf. Alvarus Roderici de Guzman conf. Ordonius Garcia conf. Petrus Roderici de Guzman conf. Froila Ramirez conf. Lupus Diaz, Merinus Regis in Castilla, conf. Magister Geraldus Regis Notarius. Petro de Cardona existente Chancel. scripsit, XVIII.

VIII.

PRIVILEGIO DE D. ALONSO VIII.

POR EL QUE SEÑALA TERMINOS A LA CIUDAD DE PLASENCIA, CONFIRMADO POR D. ALONSO EL SABIO.

SEpan quantos esta carta vieren como nos D. Alonso Rey de Castilla, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Sevilla, de Córdoba, de Murcia, de Jaén y del Algarve, viemos privilegio del Rey D. Alfonso nuestro bisavuelo, sellado de lo su sello, fecho en esta guisa.

Quanto largius fides pullulat, & augetur Christiana religio, tanto magis ex invocatione divini nominis superna gloriorum majestas, & suis fidelibus exhibet, quod spondit. Unde pius est, & saluti animarum expedit, his in locis paganorum regionibus affinis urbes construere, Christianarum aggregationes plantare, quæ infidelium nequitiæ sint in obstaculum, & omnium creatori in laudem & gloriam. Quapropter ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castellæ & Toleti, una cum uxore mea Eleonora Regina, & cum filiabus meis Infantissis Berengaria & Urraca, ad honorem Dei in loco, qui antiquitus vocabatur Ambroz, urbem ædifico, cui Placentia (ut Deo placeat & hominibus) nomen imposui; eique, & ejusdem concilio presenti & futuro, & filiis & posteris eorum assigno, dono & concedo terminos per subscriptas metas & mojones inclusos versus urbem signatos subsequenti modo, & divisos cum memoriis, & aquis, & fontibus, & cum omnibus directuris & pertinentiis suis; ita quod teneant & possideant terminos illos desertos aut populosos, quomodocumque voverint, sive ad pastura, sive ad agriculturam; & de eis, & in eis quidquid voverint, faciant. In

partibus, que sunt ultra Tietar, sit eis terminus circa Tagum, sicut dividit per illum vadum de Alarza, quod est in Tago; sicut itur in directum ad Cabezam majorem de la Pedernalosa; & de Pedernalosa in directum ad Cabezas de Terrazas; & de Cabezas de Terrazas in directum usque in rivum Tietar, & ultra Tietar ad Gargantam de Chiella; & de Garganta de Chiella per illam carreram rectam, qua itur ad summum de Valle Vellido; & per Vallem Vellido ad jussum, sicut itur in directum ad Cabezam de D. Pedrolo; & de Cabeza de D. Pedrolo ad jussum sicut intrat via in rivum Tornis; & Tornis ad jussum usque ad arrojum de Mula, ubi cadit in Tornis; & arrojum de Mula arriba sicut exit ad summum de Falgosim; & de Falgosim ad jussum sicut itur ad Calzadam de Guinea. Et ultra fluvium Tagum de supra dicto vado de Alarza, sicut exit carrera de vado, & itur per eam ad portum de Ibor, præter castellum Alvalat cum suo termino, quod est sicut cadunt aque versus castellum de omnibus partibus ultra Tagum; & de portu de Ibor, sicut itur in directum ad rivum, qui dicitur Almont, & Almont ad jussum sicut cadit Gebla rivus in Almont; & de Gebla rivo arriba, sicut itur ad Tamujam, & ad directum, & ad Castrum de Montanches, & ad campum de Lucena, & ad serram de Sancto Petro, & in antea ad directum, quantum poterint acquirere Placentini. Et infra predictas

V. el cap. LIII. de estas Memorias. y Anales de la ciudad y Obispado de Plasencia pag. 2. *Fr. Alfonso Fernandez en la historia*